

## Psalmus

cōspectum tuū manifesta). Quia  
 dilexi et seruani mādata. ideo o dñe  
**Appropinquet** deprecatio mea  
 vsq; ad thronum miseratiōis tue  
 nec orationem meam a te repellas;  
 hoc deprecor (da mihi intellectum)  
 quo sapiam et intelligam non scdm  
 scientias mundanas (sed iuxta elo-  
 quium tuum) ne per humanā pru-  
 dentiam euanescam. **Nō** solum  
 appropinquet deprecatio mea. sed  
**Intret** postulatio mea vsq; ad cō-  
 spectum tuum) vt exaudias eā; hoc  
 peto (tripe me) a malis iminētibus  
 (scd; promissionē qua pmisisti tri-  
 bulatis auxiliū et liberationē) gra-  
 ue enim est tamdiu luctari hic cōtra  
 carnem mundam et diaboli. **Da**  
 mihi intellectus. et tūc **Eructabūt**  
 labia mea hymnū laudes et honore  
 gloriosi nominis tui et hoc faciam  
 (cum docueris me iustificatiōes tu-  
 as) quia aliter labia nō exultabunt  
 nisi ipse doceas. Quod si ita fe-  
 ceris non solum labia mea exulta-  
 bunt. sed **Pronunciabit** lingua  
 mea alijs predicādo (eloquium tu-  
 um) et iustum est (quia omnia man-  
 data tua equitas) nihil enim est ali-  
 ud i eloquijs tuis nisi pax: nisi equi-  
 tas: nisi vita. **Da** intellectus. et cū  
 hoc **Fiat** manus tua. i. adiutori-  
 um tuuz super me (vt salues me) ab  
 inimicorum incurſu quōd hac fidu-  
 cia peto (quoniam mādata tua ele-  
 gi) pre omnibus honoribus diuicijs  
 huius seculi ad faciendum. et alijs  
 pronuntiandum. quia hominibus  
 sunt ad salutem. Ideo man<sup>9</sup> tua  
 saluet me. quoniam **Concupiui**

summo desiderio (saluationē eter-  
 nam) quam non nisi a te solo habe-  
 re possum (et ideo lex tua) que ad eā  
 disponit et dirigit iugis (meditatio  
 mea est) ita vt inde non auertat ali-  
 qua cura seculi. **Fiat** manus tua  
 vt saluet me. et sic in futuro **Uinet**  
 aīa mea) coniuncta tibi qui es fons  
 vite: vita glorie: vera vita. et in illa  
 vita (laudabit te) laude perfecta (et  
 iudicia tua) quib; iudicabis in futu-  
 ro bonos et malos singulis reddens  
 iuxta opera sua (adiuabunt me)

**Da** mihi veram vitam ad quam  
 per me nō possū peruenire. quoniam  
**Erraui** et periculose (sicut ouis q̄  
 perijt) in presenti parentis trāsgres-  
 sione in quo omnes peccauerunt.  
 (require seruum tuum) centesimam  
 onem. scapulisq; posita reporta ad  
 pascua vite: et dign<sup>9</sup> sum vt queras  
 (quia mandata tua non sum obli-  
 tus) sicut enim deus negligentes se  
 negligit. ita q̄s req̄retes se requirit.

**Psalm<sup>9</sup>. CXIX. in quo iust<sup>9</sup>**  
**petit liberari de malis hui<sup>9</sup>**  
**seculi. Cor iusti.**

**C**or tribu-  
 larer) suggestionib; te-  
 monuz. linguis aduer-  
 santium. et iniurijs persequentium  
 (clamaui) in ore feruenter (ad do-  
 minum. et exaudiuit me) liberando  
 misericorditer. Clamaui et inter-  
 alia hoc potissime. **Domine** libe-  
 ra animam meam a labijs iniquis)  
 a iudeis qui christum dominum nō  
 solum non credunt. sed etiā immū.